AUGUSTINUS
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 138v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26045
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Et me scitis & unde sim scitis. & a me ipso non veni. sed est verus qui me misit.
quem vos nescitis. hoc est dicere et me scitis & me nescitis. hoc est dicere
& unde sum scitis. et unde sum nescitis. Unde si scitis. tunc anhaberet.
cui etiam parentes nostis. Solus enim in hac causa latebat virginis
part. cui tamen testis erat ipse maritus. Hoc enim potest fidelium in
dicare. quod posset maritalium et helare. Hoc quod excepto virginis
partu. totum noverant in hiu quod ad hominem pertinet. facies ip
si nota erat. patria ipsi nota erat. genus ipsi notum erat. ubi natus
est sciebatur. Recte quod dixit. & me nostis & unde sum scitis secundum carnem.
& effigiem hominis quam gerebat. secundum divinitatem autem et a me ipso
non veni. sed est verus qui me misit quem vos nescitis. Sed ut eum sciatis. credi
te in eum quem misit. et scietis. Dominum nemo vidit umquam. nisi unigenitus
qui est in sinu patris ipse narravit. & patrem non cognoscet nisi filius. &
cui voluerit filius revelare. Denique cum diversset sed est verus qui misit
me. quem vos nescitis. ut ostenderet eis unde possent scire quod
nesciebant subiecit. Ego scio eum. Ergo ame quaerite. ut sciatis eum.
Quare autem scio eum. Quia ab ipso sum. et ipse me misit. Magnifice
utrumque monstravit. Ab ipso inquit sum. quia filius de patre. & quicquid
est filius de illo est cuius est filius. Ideo dicimus dominum de deo. pa
trem non dicimus dominum de deo. sed tantum dominum. & dicimus dominum
de lumine. patrem non dicimus lumen de lumine. sed tantum lumen. Ad
hoc quod pertinet quod dixit. ab ipso sum. Quod autem videtis me incarne.
ipse me misit. Ubi audis. ipse me misit. noli intelligere na
ture dissimilitudinem. sed generantis auctoritatem. Querebant eum
apprehendere. & nemo misit in illum manus. quia nondum venerat hora
eius. hoc est quia nolebat. Quid est enim nondum venerat hora eius. Non enim
diis sub fato natus est. Hoc nec de te credendum est. nec dum de illo
perpetuum factum est. Si tua hora voluntas est illius. illius hora quia est non vo
luntas sua. Non quia horam dixit quia cogeret mori. sed quia dignaretur oc
cidi. Tempus enim expectabat quo moreretur. quia tempus expectaverunt quo
nasceretur. De hoc tempore apls loquens ait. Cum autem venit plenitudo
temporis. misit ds filium suum. Ideo multa dicunt. Quare non ante
venit xpc. Quibus respondendum est. quia nondum venerat plenitudo
temporis. moderante illo perpetuo facta sunt tempora. Sciebat enim
quando venire deberet. Primum per multam seriem temporum annorum